



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Actio gratiarum pro Iesu pœnissima coronatione, purpuræ vilissime
restitutione, cum arundine illusione, falsa adoratione, alapâtione, coram
vniuerso populo productione, irrisione, & ad crucem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

¶ *Ho gratiarum pro Iesu p̄enosissima coronatione, purpura v̄ilissime vestitione, cum arundine illusione, falsa adoratione, alapatione, coram vniuersō populo productione, irrisione, & ad crucem denique mortemq; postulatione.*

C A P V T VI.

Matth. 27.
Marc. 15.
Ioan. 19.

Psal. 68.

Ezra 1.16

Ioan. 19.
Psal. 44.

Ioan. 19.

Fidelissima amator, nostrig; salutis autor Christe Iesu, adoro supplex te vni-
cum meum regem Deum & creatorem, qui propter me veluti satius derisus
es, & illusorie adoratus: quippe cuius sanctissimo vertici coronam spineam
milites imposuerunt, & chlamide occinea veluti regia purpura irridicente te ami-
cientes, ceperunt quoque baculum arundineum dextræ tuæ imposuerunt.

Heu dulcissime Iesu, quanta peccata, quantus cruciatus sacrosanctum caput
tuum affixit, quanta praessura, quanta angustia intus & foris astuabas, & vnde-
que distingebaris: Nec tamen tanti tuo dolori vlla impertiebatur ab aliquo
compassio, sed perulantissima & ignominiosa omnium insultatio, deriso, op-
probrium & contumelia: imò dolorem super dolorem quibusunque poterant
modis addiderunt, quandoquidem veluti regni inuasorem temeritatis te arguit,
insignia regalia circumponentes tibi illudunt, inclinando se ut regem falsum &
ridiculum te salutant & ut falsum Deum adorant. At ilicis surgentes, iterum fa-
ciem tuam turpiter confidunt, & alapis exdunt, dura arundine caput vene-
randum & dolorofissimè vulneratum dire percutiunt, atque tandem ceu triumphum
hostibus tuis instituentes, sic miscrabiliter te afflictum, videndum, deriden-
dumq; populo educunt.

Itaque produceris tu bone Iesu, qui præ cordis angustia & corporis dolore
vix mouere te poscas, & in gaudium hostibus tuis deridendus ostenderis, à planta
pedis vsque ad verticem capitis doloribus repletus. Nulla tunc fuit hostibus mi-
seratio erga te bone Iesu, quorum corda iam pridem furor liuorq; obseverat. Nam
et si ex liuore & vulnerum cruestratione tanta effectus esses & appareres miserabi-
lis, ut diceat Pilato. Ecce homo, etiam videreris homini dissimilis, quippe cuius
faciem speciosam præ filiis hominum sputa & cruor simila operuerant,
cuiuscip; corpus totum erat aut sanguis fluens, aut plaga tumens nullatenus tan-
tem flexi sunt ad misericordiam, nec vlla fuit in eis erga te compassio: nulla cala-
mitate, nullis in te peccati poterant hostes: quin potius atrociori adhuc in te
inuidia accensi, etiam populum vniuersum contra te concitantes magnis clama-
bant vocibus: Crucifige, crucifige O piissime Iesu, quantum affixit p̄iissimum cor
taum huius malignæ plebis, cui tanta beneficia præstisti, inuidia: quanta tibi fuit
peccata, quanta verecundia, te innocentissimum virginis & Dei viui filium ibi ita
ludificatum stare & exosum haberi.

*Aduersus omnem arrogantiā, omnem ostentationē, omnē inq; superbiam: item pre-
terit compunctione, compunctione & charitate, Precatio VI.*

Proinde iterum atque iterum te bone Iesu, adoro, gratias ago & benedico te
pro omnibus, quæ passus es, & pro charitate qua passus es; obsecrans te per
infinitam misericordiam tuam, ut omnem arrogantiā & vanam gloriam,
omnem ostentationem, atque omnem prorsus superbiam penitus à me
alie-

